

meruimus auctorem vitæ suscipere Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum R. Amen.

ŷ. Dómine, exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

ŷ. Fidélium ánimæ, per misericórdiam Dei, requiéscent in pace. R. Amen.

A VÊPRES.

Ave, Maria, etc., *tout bas.*

DEUS, † in adiutorium meum intende.
R. Dómine, ad adiuvandum me festína.
ŷ. Glória Patri, etc. Allel., *ou* Laus, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Dum esset Rex.

Pendant l'Avent :

Ant. Missus est.

De Noël à la Purification :

Ant. O admirabile commercium!

PSAUME 109.

DIXIT Dóminus Dómino meo : * Sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendöribus sanctorum : * ex útero ante luciferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitêbit eum : * Tu es Sacérdos in ætérnum secúndum ór-dinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natió nibus, implêbit ruínas : * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrênte in via bibet : * proptêrea exal-tábit caput.

Glória Patri, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis. (T. P. Alleluia.)

Ant. Læva ejus.

Pendant l'Avent :

Ant. Missus est Gábríel Angelus ad Ma-riám Virgínam desponsátam Joseph.

Ant. Ave, María.

De Noël à la Purification :

Ant. O admirábile commércium ! Créátor

généris humáni, animátum corpus sumens, de Virgíne nasci dignátus est : et procédens homo sine sémíne, largítus est nobis suam deitátem.

Ant. Quando natus es.

PSAUME 112.

LAUDATE, púeri, Dóminum : * laudáte no-men Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudá-bile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cœlo et in terra ?

Súscitans a terra ínopem : * et de stércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * ma-trem filiórum lætántem.

Glória Patri, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Læva ejus sub cápite meo, et dextera illius amplexábitur me. (T. P. Allelúia.)

Ant. Nigra sum.

Pendant l'Avent :

Ant. Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, ¹ allelúia.

Ant. Ne timeas, María.

De Noël à la Purification :

Ant. Quando natus es ineffábiliter ex Virgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ : Sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum : te laudámus, Deus noster.

Ant. Rubum quem viderat Móyses.

PSAUME 121.

LÆTATUS sum in his, quæ dicta sunt mihi : *
In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis, Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut civitas : *
cujus participátio ejus in idípsum.

¹ Pendant le Carême, on omet l'alleluia.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini, * testimónium Israel, ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * et abundantia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * et abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæ sívi bona tibi.

Glória Patri, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Nigra sum, sed formósa, filiæ Jerúsalem : ideo diléxit me Rex, et introduxit me in cubículum suum. (T. P. Allelúia.)

Ant. Jam hiems tránsiit.

Pendant l'Avent :

Ant. Ne timeas, María, invenísti grátiam apud Dóminum : ecce concípies, et páries filium, ¹ allelúia.

Ant. Dabit ei Dóminus.

¹ Pendant le Carême, on omet l'alleluia.

De Noël à la Purification :

Ant. Rubum quem viderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem : Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Ant. Germinávit radix Jesse.

PSAUME 126.

NISI Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, * frustra vigilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : * ecce hæréditas Dómini, filii : merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu poténtis, * ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis : * non confundétur cum loquétur inimicis suis in porta.

Glória Patri, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Jam hiems tránsiit, imber ábiit et recéssit : surge, amíca mea, et veni. (T. P. Allelúia.)

Ant. Speciósa facta es.

Pendant l'Avent :

Ant. Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus, et regnábít in ætérnum.

Ant. Ecce ancilla Dómini.

De Noël à la Purification :

Ant. Germinávit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo péperit Salvatórem : te laudámus, Deus noster.

Ant. Ecce María.

PSAUME 147.

LAUDA, Jerúsalem, Dóminum, * lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emittit elóquium suum terræ, * velóriter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccéllas : * ante faciém frígoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, et liquefáciét ea : * abít spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum Jacob, * justíftias et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni nátióni : * et judícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Speciósá facta es, et suávis in deliciis tuis, sancta Dei Génitrix. (T. P. Allelúia.)

Pendant l'Avent :

Ant. Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum.

De Noël à la Purification :

Ant. Ecce María genuit nobis Salvatórem, quem Joánnés videns exclamávit, dicens : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, ¹ allelúia.

¹ Le Dimanche de la Septuagésime et les jours suivants, on omet l'alleluia.

De Noël à l'Avent :

CAPITULE. *Eccli.* 24.

AB initio, et ante sæcula creáta sum, et usque ad futúrum sæculum non desinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. *ñ.* Deo grátias.

Pendant l'Avent :

CAPITULE. *Is.* 11.

EGREDIETUR virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascéndet : et requiescet super eum Spíritus Dómini. *ñ.* Deo grátias.

HYMNE.

AVE, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singulâris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac, et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri;
Summo Christo decus,
Spiritu sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Diffûsa est grâtia in lâbiis tuis. (T. P. Allelûia.)
¶. Propterea benedixit te Deus in ætérnum. (T. P. Allelûia.)

De la Purification à l'Avent :

Ant. Beâta Mater.

Au temps de Pâques :

Ant. Regina cœli.

Pendant l'Avent :

Ant. Spiritus sanctus.

De Noël à la Purification :

Ant. Magnum hæreditâtis mystérium!

CANTIQUE DE LA TRÈS-SAINTE VIERGE. *Luc. 1.*

MAGNIFICAT † * ânima mea Dóminum :
Et exultávit spiritus meus * in Deo salutâri meo.

Quia respéxit humilitâtem ancillæ suæ : *
ecce enim ex hoc beâtam me dicent omnes
generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : *
et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in brâchio suo : * dispérsit
supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit
húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit
inânes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordâtus
misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abra-
ham, et sémini ejus in sæcula.

Glória Patri, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Beáta Mater, et intácta Virgo, gloriósa Regina mundi, intercède pro nobis ad Dóminum.

Au temps de Pâques :

Ant. Regina cœli, lætare, allelúia ; quia quem meruísti portáre, allelúia, resurréxit sicut dixit, allelúia : ora pro nobis Deum, allelúia.

Pendant l'Avent et le jour de l'Annonciation :

Ant. Spíritus sanctus in te descendet, María : ne timeas, habébis in útero Fílium Dei, allelúia.

De Noël à la Purification :

Ant. Magnum hæreditátis mystérium ! templum Dei factus est úterus nesciéntis virum : non est pollútus ex ea carnem asúmens : omnes gentes vénient dicéntes : Glória tibi, Dómine.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison. Kyrie, eléison.

†. Dómine, exáudi oratiónem meam. ⁊.
Et clamor meus ad te véniat.

† Pendant le Carême, on omet l'alleluia.

De la Purification à l'Avent.

Orémus.

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : et gloriósa beátæ Mariæ semper vírginis intercessióne, a præsentí liberári tristitia, et æténa pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. ⁊. Amen.

Pendant l'Avent.

Orémus.

DEUS, qui de beátæ Mariæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti, præsta supplicibus tuis, ut, qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessióibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ⁊. Amen.

De Noël à la Purification.

Orémus.

DEUS, qui salútis æternæ, beátæ Mariæ virginitáte fœcúnda, humano géneri præmia præstitísti, tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam

meruimus auctorem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Cette oraison se dit aussi à Complies, mais avec la conclusion : Qui tecum vivit et regnat, etc. r̄. Amen.

COMMÉMORAISON DE TOUS LES SAINTS.

De Noël à l'Avent :

Ant. Sancti Dei omnes, intercedere dignemini pro nostra, omniumque salute. (T. P. Allelúia.)

ŷ. Lætámini in Dómino, et exultáte, justi. (T. P. Allelúia.) r̄. Et gloriámini, omnes recti corde. (T. P. Allelúia.)

Orémus.

PROTEGE, Dómine, pópulum tuum, et Apostolorum tuorum Petri et Pauli, et aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpétua defensione conserva.

OMNES Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique adjuvent, ut dum eorum mérita recólimus, patrocínia sentiámus; et pacem tuam nostris concède temporibus, et ab Ecclésia tua cunctam repelle nequítiam;

iter, actus, et voluntates nostras, et omnium famulorum tuorum, in salutis tuæ prosperitate dispóne; benefactoribus nostris æmpiterna bona retribue, et omnibus fidelibus defunctis réquiem ætérnam concède. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. r̄. Amen.

Pendant l'Avent, la Commémoraison de tous les saints se fait de la manière suivante :

Ant. Ecce Dóminus veniet, et omnes sancti ejus cum eo : et erit in die illa lux magna, allelúia.

ŷ. Ecce apparébit Dóminus super nubem candidam. r̄. Et cum eo sanctorum millia.

Orémus.

CONSCIENTIAS nostras, quæsumus, Dómine, visitando purifica, ut veniens Jesus Christus Filius tuus Dóminus noster cum omnibus sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. r̄. Amen.

ŷ. Dómine, exáudi oratiónem meam. R.
Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

ŷ. Fidélium ánimæ, per misericórdiam
Dei, requiéscent in pace. R. Amen.

*Quand les Complies ne suivent pas immé-
diatement les Vêpres, on dit Pater noster tout
bas; ensuite :*

ŷ. Dóminus det nobis suam pacem. R. Et
vitam ætérnam. Amen.

*Puis on récite une des quatre Antiennes de
la très-sainte Vierge, selon le Temps, comme
l'est indiqué à la page 43.*

A COMPLIES.

AVE, María, grátia plena; Dóminus tecum:
R. Benedicta tu in muliéribus, et bene-
dictus fructus ventris tui, Jesus. Sancta Ma-
ría, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus,
nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

CONVERTE nos, Deus, salutáris noster. R. Et
avérte iram tuam a nobis.

DEUS, † in adjutórium meum inténde.
R. Dómine, ad adjuvándum me festína.
ŷ. Glória Patri, etc. Allel., ou Laus, etc.

PSAUME 128.

SÆPE expugnávérunt me a juventúte mea : *
dicat nunc Israel.

Sæpe expugnávérunt me a juventúte
mea : * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt pec-
catóres : * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus concídit cervices peccató-
rum : * confundántur, et convertántur re-
trórsus omnes, qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum, * quod priús-
quam evellátur, exáruit :

De quo non implévit manum suam qui
metit, * et sinum suum qui manípulos cól-
ligit.

Et non dixerunt qui præteribant : Bene-
dictio Dómini super vos : * benediximus vo-
bis in nómine Dómini.

Glória Patri, etc.

PSAUME 129.

DE profúndis clamávi ad te, Dómine : *
Dómine, exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem
deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine : *
Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter
legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : *
sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, *
speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, * et
copiósa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus ini-
quitátibus ejus.

Glória Patri, etc.

PSAUME 130.

DOMINE, non est exaltátum cor meum, *
neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis, * neque in
mirábilibus super me.

Si non humíliter sentiébam : * sed exaltávi
ánimam meam.

Sicut ablactátus est super matre sua, * ita
retribútio in ánima mea.

Speret Israel in Dómino, * ex hoc nunc, et
usque in sæculum.

Glória Patri, etc.

HYMNE.

MEMENTO, rerum Cónditor,
Nostri quod olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis,
Nascéndo, formam sumpseris.

Maria, Mater grátia,
Dulcis Parens cleméntia,
Tu nos ab hoste prótege.
Et mortis hora súscipe.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,

Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

De Noël à l'Avent :

CAPITULE. *Eccli. 24.*

EGO Mater pulchræ dilectionis, et timoris,
et agnitionis, et sanctæ spei. *℞.* Deo
grátias.

ŷ. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.
(*T. P. Allelúia.*) *℞.* Ut digni efficiámur pro-
missiónibus Christi. (*T. P. Allelúia.*)

Pendant l'Avent :

CAPITULE. *Is. 44.*

ECCE Virgo concipiet, et páriet filium, et
vocábitur nomen ejus Emmánuel. Bú-
tyrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre
malum, et elígere bonum. *℞.* Deo grátias.

ŷ. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ. *℞.* Et
concépít de Spíritu sancto.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Sub tuum præsidium.

Au temps de Pâques :

Ant. Regina cæli.

Pendant l'Avent :

Ant. Spiritus sanctus,

De Noël à la Purification :

Ant. Magnum hæreditátis mystérium.

CANTIQUE DE SAINT SIMÉON. *Luc. 2.*

NUNC † dimittis servum tuum, Dómine, *
secúndum verbum tuum in pace.

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,
Quod parásti * ante fáciem ómnium popu-
lórum :

Lumen ad revelatióem Géntium, * et gló-
riam plebis tuæ Israel.

Glória Patri, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Sub tuum præsidium confúgimus,
sancta Dei Génitrix : nostras deprecaciones
ne despicias in necessitatibus; sed a periculis
cunctis libera nos semper, Virgo gloriósa et
benedicta.

Au Temps de Pâques :

Ant. Regina cæli, lætáre, allelúia; quia
quem meruisti portáre, allelúia, resurréxit
sicut dixit, allelúia : ora pro nobis Deum
allelúia.

Pendant l'Avent :

Ant. Spíritus sanctus in te descendet, María, ne timeas, habébis in útero Fílium Dei, ¹ alleluia.

De Noël à la Purification :

Ant. Magnum hæreditatis mystérium ! templum Dei factus est úterus nesciéntis virum : non est pollútus ex ea carnem assúmens : omnes gentes vénient dicéntes : Glória tibi, Dómine.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam. r̄. Et clamor meus ad te veniat.

De la Purification à l'Avent.

Orémus.

BEATÆ et gloriósæ semper virginis Mariæ, quæsumus, Dómine, intercèssio gloriósa nos protégat : et ad vitam perdúcat ætérnam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. r̄. Amen.

¹ Pendant le Carême, on omet l'alleluia.

Pendant l'Avent.

Orémus.

DEUS, qui de beátæ Mariæ Virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti, præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiόνibus adjuvémur. Per Dóminum, etc. r̄. Amen.

De Noël à la Purification.

Orémus.

DEUS, qui salutis ætérnæ, beátæ Mariæ virginitáte focúnda, humáno géneri præmia præstitísti, tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam meruimus auctórem vitæ suscipere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, etc. r̄. Amen.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam. r̄. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Benedicámus Dómino. r̄. Deo grátias.

Bénédiction. — Benedicat et custódiat nos omnipotens et miséricors Dóminus, † Pater, et Fílius, et Spíritus sanctus. r̄. Amen.

Puis on dit l'une des Antiennes suivantes

100 PETIT OFFICE DE LA TRÈS-SAINTE VIERGE,

en l'honneur de la très-sainte Vierge, pendant laquelle on se tient à genoux, excepté depuis le Samedi, à Vêpres, jusqu'au Dimanche, après Complies, inclusivement, et au Temps de Pâques, qu'on se tient debout.

Après le ̄. Divinum auxilium, etc., on dit tout bas : Pater, Ave et Credo, etc., ensuite, si on doit sortir du chœur, Sacrosanctæ, page 103.

ANTIENNES A LA TRÈS-SAINTE VIERGE.

Pendant l'Avent :

ANTIENNE.

ALMA Redemptoris Mater, quæ pèrvia cœli Porta manes, et stella maris, succurre cadenti,
Surgere qui curat, pópulo, tu quæ genuisti,
Natura mirante, tuum sanctum Genitorem,
Virgo prius ac postèrius, Gabriélis ab ore.
Sumens illud Ave, peccatorum miserere.
̄. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ. ̄. Et concépit de Spíritu sancto.

ANTIENNES A LA TRÈS-SAINTE VIERGE.

Orémus.

GRATIAM tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde, ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Filii tui incarnatiónem cognóvimus, per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiós glóriam perducámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ̄. Amen.

̄. Divinum auxilium máneat semper nobiscum. ̄. Amen.

Depuis les I^{es} Vêpres de Noël inclusivement, jusqu'à la Purification aussi inclusivement, on dit l'Ant. Alma avec ce qui suit :

̄. Post partum, Virgo, invioláta permanísti. ̄. Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Orémus.

DEUS, qui salutis æternæ, beátæ Mariæ virginitate fœcúnda, humano géneri præmia præstitísti, tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscipere Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum. ̄. Amen.

̄. Divinum auxilium, etc.

Depuis les Complies de la Purification, inclusivement, jusqu'au Samedi saint :

ANTIENNE.

AVE, Regina cœlorum,
Ave, Dômina Angelorum :
Salve, radix, salve, porta,
Ex qua mundo lux est orta.

Gaude, Virgo gloriôsa,
Super omnes speciôsa :
Vale, o valde decora,
Et pro nobis Christum exora.

ÿ. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.
R̄. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Orémus.

CONCEDE, miséricors Deus, fragilitati nostræ præsidium : ut, qui sanctæ Dei Genitricis memoriâ agimus, intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem Christum Dôminum nostrum. R̄. Amen.

ÿ. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. R̄. Amen.

Depuis les Complies du Samedi saint, in-

clusivement, jusqu'à None du Samedi après la Pentecôte, aussi inclusivement :

ANTIENNE.

REGINA cœli, lætare, allelûia ;
Quia quem meruisti portare, allelûia,
Resurrexit sicut dixit, allelûia.
Ora pro nobis Deum, allelûia.

ÿ. Gaude et lætare, Virgo Maria, allelûia.
R̄. Quia surrexit Dôminus vere, allelûia.

Orémus.

DEUS, qui per resurrectionem Filii tui Dômini nostri Jesu Christi mundum lætificare dignatus es, præsta, quæsumus, ut, per ejus Genitricem Virginem Mariam, perpétuæ capiâmus gaudia vitæ. Per eumdem Christum Dôminum nostrum. R̄. Amen.

ÿ. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. R̄. Amen.

Depuis la fête de la très-sainte Trinité inclusivement, jusqu'à l'Avent :

ANTIENNE.

SALVE, Regina, mater misericordiæ ; vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te cla-

mámus éxules filii Hevæ. Ad te suspirámus geméntes et flentes in hac lacrymárum valle. Eia ergo, advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum, benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exílium osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo María !

ŷ. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.
R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui gloriósæ Virginis matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum éffici mererétur, Spírítu sancto cooperánte, præparásti, da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus pia intercessióne ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

ŷ. Divínium auxiliúm máneat semper nobiscum. R. Amen.

PRIÈRE.

Le Pape Léon X a accordé à tous les Fidèles qui la diront à la fin de l'Office divin, indulgence plénière des fautes et des négligences que par fragilité ils auraient pu commettre en le récitant.

LOUANGE, honneur, SACROSANCTÆ et individua Trinitati, crucifixi Dómini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ et gloriosissimæ, sempérque virginis Mariæ fœcundæ integritati, et ómnium Sanctórum universitati sit sempiterna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobisque remissio ómnium peccatórum,

vertu et gloire éternelle soient rendus, par toute créature, à la très-sainte et indivisible Trinité, à l'humanité sainte de notre Seigneur Jésus-Christ crucifié, à la virginité féconde de la très-heureuse, la très-glorieuse et toujours vierge Marie, et à l'Eglise triomphante de tous les Saints; et que la mi-

per infinita sæcula
sæculorum. *ñ.* Amen. | séricorde divine dai-
gne nous pardonner
à jamais tous nos pé-
chés. *ñ.* Ainsi soit-il.

ÿ. Beata viscera Ma-
riæ Virginis, quæ
portaverunt æterni
Patris Filium. *ñ.* Et
beata úbera, quæ
lactaverunt Christum
Dóminum. | ÿ. Heureuses les en-
traîlles de la Vierge
Marie, qui ont porté
le Fils du Père éter-
nel ! *ñ.* Et heureuses
les mamelles qui ont
allaité notre Seigneur
Jésus-Christ.

Pater noster. Ave, María.

*Les deux prières Aperi Dómine et Sacro-
sánctæ, etc., étant corrélatives, on doit dire
la dernière avant de sortir du chœur, chaque
fois que l'on termine l'Office ou une partie de
l'Office.*



OFFICE POUR LES MORTS

*Le jour de la Commémoration de tous les
fidèles trépassés, de l'enterrement ou de l'An-
niversaire d'un défunt, cet Office se dit en en-
tier avec l'Invitatoire et les trois Nocturnes ;
les Antiennes se disent aussi en entier avant et
après chaque Psaume, à Vêpres, à Matines et
à Laudes. A Vêpres, on ne dit pas le Psaume
Lauda, ánima mea, et à Laudes le De profún-
dis, et l'on termine par une seule Oraison.*

*Dans les autres temps, on fait comme il est
marqué.*

A VÊPRES

*On commence absolument par l'Antienne :
Placébo Dómino.*

PSAUME 144

DILÉXI, quóniam exáudiet Dóminus * et vo-
cem oratiónis meæ.
Quia inclinávit aurem suam mihi : * et
diébus meis invocábo.